



1670.

1. Alsted, Casparus Haenicus: De conditionibus
2. Mevius, Johannes Ludovicus: De jure clavicum.
3. Colbrand, Nicolaus: De monibus pietatis.
2 Exempl.
4. Epstein, Achilles: De bonis immobilibus in ma-
num mortuam non transferendis
5. Erhard, Johann David: De anno gratiae vulgo Quaden.
Liber.
6. Faber, Georgius Fridericus: Analysis l. si pecuniam l. c.
De non num. pec.
7. Faber, Haenicus Abrahamus: De principibus conjugum.
2 Exempl. 1670 - 1710.
8. Finkelker, Gaspardus: De alimentorum praestatione
9. Hagemeister, Frachin: De laudo.
10. Hagemeister, Joh. Melch: De jure patronatus
11. Hirsch, Fridericus Christianus: Vasallus feloniae
reus

1670.

12. Kniebs, Philippus: De revocatione codicillorum

13. Martens, Henricus: De cautionibus judicialibus

14. Meier, Henricus: De barathria

15. Mueller, Christianus: De veteris numismatis potes.

Labe.

16. Rehbahn, Johannes: De interdiciis

17. Schneider, Hieronymus: De citationibus sub hofe

18. Hoekken, Eberhardus, von: De sigillis

19. Hoekken, Eberhardus von: Antiquitates aliquant juridicas

sparsim collectae

20^{a^{ta}} Hoekken, Eberhardus von: De jure posthumis

2 Aufl. 1670-1731

21. Hoernerus, Godefridus: De feriis

22. Hoernerus, Godefridus: De eminente dominio

23. Viether, Philippus Jacobus: De partibus curiae et
eorum jurisdictione

24. Wendt, Matthaeus: De iuribus feminarum singularibus
in iudicis. Collatio juris communis cum Pomoranico

1670 Widemann, ^{Christians} Petrus: De rebus gentilitio

25. ~~Walframus~~, ~~Johannes~~


26 & 6c Walframus, Johannes Petrus: De principibus liberorum

3 Exempl. 1670 & 1706.



[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]









13381.

12 34

I. N. D. N. F. C.
DISPUTATIO INAUGURALIS
DE

1670, 10.

IURE
APANAGII,

Quam
DEO TER. OPT. MAX.
benè juvante


DECRETO & AUCTORITATE
MAGNIFICI, NOBILISSIMI,
& AMPLISSIMI JURISCONSULTORUM
ORDINIS, IN CELEBERRIMA ARGEN.
TORATENSIIUM UNIVERSITATE

PRO LICENTIA
SUMMOS in utroque Jure HONORES
& PRIVILEGIA ritè capessendi,

Publico Examini solenniter submittit

JOH. MELCH. HOFMEISTER

26. Hildesienfis- Saxo.
Ad diem Mensis Maij. h. lq. consuet.



ARGENTORATI,

Literis JOHANNIS WELPERI.
Anno M DC. LXX.

26. *Le. Gottfried Dohm*



28

28

DISPUTATIO IN PUBLICIS

APRILIS

MAGNIFICI, NOBILISSIMI
& AMPLISSIMI PRINCIPALITUM
ORDINIS IN CATHEDRA
TORLONIAE UNIVERSITATE

PRO LICENTIA


JOH. MELCH. HOFMEISTER

AD HANC UNIVERSITATEM

RECTOR ATQUE

Licentia JOHANNIS WEBERII
anno MC DC LXX





PRÆLOQVIUM.



Um ante aliquot septimanas,
Divinâ adfistente Clementiâ,
exantlatis examinibus Docto-
ralibus, Decreto Amplissimi
Jctorum Ordinis in hâc cele-
berrimâ Argentoratensium Universitate,
disputationem Inauguralem conscribendi,
eamque sub Præsidio divino habendi, mihi
data sit licentia, non immeritò hactenus
more solito, de Argumento huic rei com-
modo atque convenienti mecum delibera-
re cœpi; monito tandem Imperatoris no-
stri Sacratissimi *proœm. Instit. §. 3.* quod ab
Imperiali splendore jura, imò prima legum
cunabula appetenda sint, fretus, hancce
APANAGII materiam, non ultimum splen-
doris Imperantium atque Majestatis argu-
mentum, hinc inde multis in locis suam
quoque utilitatem exhibens, pro viribus

A 2

inge-

ingenij temporisque ratione delineare, ac loco Disputationis Inauguralis solenni Eru- ditorum disquisitioni subicere non sum veritus; omnia tamen citra ullum præju- dicitum, quod tollit omne iudicium. Lu- bens interim agnosco, me hujus gravitati imparem, & ætatem ac ingenium exercita- tissimum multâque jam experientiâ benè subactum requiri. Cùm tamen in arduis & conatui sua laus sit, quemlibet de hoc iudicaturum spero, quemadmodum de se alios iudicare desiderabit. Quia autem difficulter bono peraguntur exitu, quæ ma- lo inchoata sunt principio, *c. 25. caus. 1. q. 1.* è contrà universa benè ac feliciter gerun- tur, si principium cujusque rei fiat decens ac amabile DEO. *Nov. 6. in fin.* hanc quoque aggredior rem in Nomine Domi- ni nostri JESU CHRISTI.

THESIS

THESIS I.

Siquidem cujusque rei potissima pars est principium, & hocce prætermisso protinus materiam interpretationis tractare inconueniens, juxta *Gajum Ictum l. 1. ff. de O. I.* operæ precium duxi, de Apanagij Jure, vel primas duntaxat ducturus lineas, de hujus principio seu origine atque nominali ejusdem definitione, quædam prælibare, ad reliqua postmodum progressurus.

II.

Apanagij itaque origo, quantum ad rem vetustissima esse videtur, & in primis jam mundi post diluviani temporibus usitata: sic namque de Abrahamo ArchiPatriarcha sacra ferunt oracula, quod primogenito Isaac solidam hereditatem, cæteris verò pecunias erogarit, *Genes. 25. vers. 5. 6.* Idem in sequentibus temporibus de Hebræorum Rege Josaphat literarum monumentis consignatum est, quod scilicet Joram filio primogenito Regnum, reliquis verò munera multa auri atque argenti, & peculia unà cum munitis civitatibus reliquerit, *2. Paral. c. 21. v. 2. & 3.* quibus profanæ exempla historiæ consentiunt; de Cyro enim Cambysi primo filio Regnum, Tanazaridi alia quædam minutiora relinquente testatur Xenophon in ejus vita. De Seleucidis Syriæ Asiæque Regibus tale aliquod jus in secundo genitis Regum observantibus refert *Polybius lib. 5. allegatus Nic. Bessio tractatu de pactis famil. Illustr. cap. 8.*

III.

Ortum verò vocabuli quod attinet, mirè circa hujus

hujus inquisitionem Doctores variant: alij enim ex græco verbo πἀνεγ, panis, vel ἐπἀνάγνης, quod provisionem notat; alij ex voce vernaculæ nostræ bannen / unde hi duplici bb. pingunt abbanagium, quasi abbannung; alij ab anagio, quod ex annis primogeniti, dicitur jus primogenituræ. *Faber ad §. Cæ. rerum. Inst. de legit. agnat. success. ibi: Masculus primogenitus habet anagium, id est, Jus primogenitura inter nobiles:* alij verò & quantum mihi videtur, optimè ex græco ἀπαν & ἁγιον, omne & sanctum, derivant: tum quia apanagium sacri domanij regni pars est, & ex sanctiori patrimonio delibatio; tum quod fiduciarij regis stirpis liberi sanctissimâ religione panagioque iurejurando Principi donatori devinciuntur per ea, quæ habet *Paul. AEmil. in Francorum Reb. gest. sub Philippo.* cui apprimè consentit fides historica. Balduinus enim Flandriæ Comes quamprimùm Orientis Imperator salutatus est à Francis Proceribus, qui Thraciæ expeditionis illi Comites adfuerant, singulis dedit thracias ditiones lege hâc beneficiariâ, ut quartam partem vectigalium publicorum fisco inferrent Byzantij Augusti, seque ei obstringerent sacrosancto ac panagio iurejurando: quo facto omnes postea donationes immobilium ac feudorum Galli appellayerunt appennage ou apenage, *d. AEmil. in Philippo Theodato Francorum Rege.* quibus addatur *D. Springsfeld. tr. de Apanag. c. 1. n. 10. & seq.* quem in plerisque tum ob temporis ingenijque rationem, tum etiam aliorum subsidiorum defectum securus, exercitio hoc inaugurali pro viribus defendere destinavi.

IV.

Ex quo jam fluit vocis hujus varia acceptio: Latè enim

tè enim quaslibet, ut dictum, donationes, & beneficiarias largitiones ad alimoniam factas eo nomine insignire licet: strictiori verò significato pro assignatione ad sustentationis & dignitatis tuendæ necessitatem Nobilibus familijs quibuscunque, regiâ inferioribus facta, quemadmodum ex multiplici Francorum consuetudine Borbonia, Nivernensi, Marchiana docet *Renat. Choppin. de doman. Franc. lib. 2. tit. 3. n. 3.* accipitur. Strictissimè verò sanctam illam ex Regis sanctiori patrimonio in Regiæ stirpis propinquos sub conditione resolutoriâ factam collationem notat: *U*sus enim verborum magister optimus καὶ ἐξοχήν, per excellentiam, assignationi alimentorum postgenitis Regis factæ id nominis in Gallia appropriavit, & ita Apanagij vox Græca à Francis regiæ hujuscemodi fiduciæ indita fuit. *Steph. Pasquierius in histor. Gall. lib. 2. c. 16.* & quem allegat *d. AEmilius loco alleg.*

V.

Plura namq; hujus rei sunt æquipollentia verba, nec eodem semper vocabulo exprimitur, pro locorum & consuetudinis diversitate: Appennagium, Apanagium, Latinis dicitur aliàs assignatio. Italis Neapolitanis vita & militia. *Afflict. decis. 252. n. 2.* Pana-
gium *Choppin. d. tr.* item portio fiduciaria vel regiæ fiduciæ, beneficium coronæ &c, germanis ein Fürstl. Gräßlich Deputat oder Unterhalte/ quamvis enim hoc jus vel maximè spectet ad jus Gallicum & istius Regni successionem, ac saltem quoad dignitatem Electoralem secularem solum in A. B. c. IV. approbatum reperitur, *c. 7. in pr. & c. fin. §. si verò.* haud
tamen

tamen dissimile jus observatur à reliquis Regibus & Imperij quoque nostri magnis Principibus, successio-
nem primogeniti in ditionibus suis & provincijs ob-
servantibus, uti id manifestum est, *vid. Rumel. ad A. B. C. IV. diff. 5. p. 3. Th. 5. & seqq. Ritterus de Homag. c. 3. n. 54.*

VI.

Apanagium itaque nihil aliud est, quàm assigna-
tio portiois provisionalis in alimoniam sub lege re-
versionis à primogenito reliquis facta. Assignatio-
nis verbum generis locum subit, licet ambiguum &
variae acceptionis, interdum dominij translatio-
nem significans, interdum verò ad solam pignoris
vel custodiae concessionem referatur, juxta natu-
ram causae, ex qua fit, *leg. 1. §. antepenult. de ventr. in poss. mitc. Alciat. in comment. de Verb. Sign. ad l. 107.* hic tamen priori significatu haecenus sumitur, quia
& is Dominus dicitur ad quem res sub certa lege spe-
ctat. *fac. pr. Inst. quib. alien. lic. vel non.* Additur Provi-
sionalis, cum haec non per modum divisionis, sed pro-
visionis contingat, alimentorumque materia provi-
sionalis sit, *Rebuff. de sentent. provis. artic. 1. gloss. 2. n. 29. Dd. in l. 20. ff. de inoff. test.* ad quam notant, quod pro-
visio facienda sit filio de alimentis, durante lite super
hereditate paternâ. In alimoniam, quo nomine de-
notantur omnia ad vitae humanae sustentationem ne-
cessaria, *per l. 43. l. 44. l. 234. §. ult. ff. de V. S. Wes. in
parat. ad tit. de aliment. vel cib. legat. ibiq. D. Hahn. p. m. in
not.)* quae in hac maximè materia congrua atq; com-
petentia cæteris paribus esse debent, consideratâ scilicet
facultate & dignitate atque regionis locive consuetu-
dine, & si non definita, judicis arbitrio determinanda,
*l. 1. §. 2. ff. de jure delib. ibiq. Dd. Ludovicus Molin. in
tract.*



tr. de Primog. Hisp. lib. 2. c. 15. n. 39. Sequitur: sub lege rever-
sionis facta. Ubi legis vocabulum pro conditione vel
pacto usurpatur: quemadmodum passim in jure no-
stro *rubr. ff. de leg. Commiss. l. 1. §. deniq. ff. de aqu. plu-
arcend. leg. 21. ff. de pignorib. l. 39. ff. de pactis.* nam
reliquos ejus significatus *Magnificus Dn. Rebhan Ictus
Com. Palat. Cesar. Facultat. Iurid. in florentissima Illustr.
hujus Reipubl. Vniuersitat. Senior Cod. & Feud. Professor.
undiq. excellentissimus, Patronus, Promotor atq. Præce-
ptor æternum venerandus* distinctè & explicatè propo-
nit in *Hodeg. chart. 2. Clim. 1. parall. 25.* Revertitur au-
tem regulariter, si posterius virilis sexus deficient: nam
tùm utile dominium cum directo consolidatur. *conf.
Betsius dict. tract. & loc. p. 333.* Unde majoris securitatis
gratiâ conditio ista publicis pensionum tabulis cave-
ri solet. *id. p. 282.*

VII.

Videamus jam divisionem Apanagij. Distin-
guitur enim in proprium & improprium: illud stri-
ctam sui naturam retinet; hoc autem quadante-
nus ab eâ recedit; prout contingit in illo Regiminis
genere, ubi vel Senior, vel Duo simul, vel omnes et-
iam, alternatim regentes domini sunt, dividendo u-
sum jurisdictionis per tempora, Germ. dicitur *Mut-
schierung* / estque conventio fraterna super hereditate,
daß man sich einer *Mutschierung* vergleiche / aber
doch nicht eine Erbbrüderliche Theilung vornehme /
ut quidem fiat aliqualis bonorum separatio ac distin-
ctio; sed nulla hac inferatur absoluta hereditariaq; di-
visio, *VVehner. in obs. Pract. voc. Mutschierung. Besold. in
thes.*

B

thes. Pract. ead. lit. illius causa est primogenituræ strictum; hujus verò fraternæ conventiones atque pacta.

VIII.

Hinc porrò illud legale; quia uti dictum, ad legem primogenituræ alligatum est, & locum habet, ubi primogenitura viget; hoc conventionale; quod pactum seu conventio id formet; Unde sicuti diversæ sunt hominum voluntates. *l. 1. §. 3. de pactis.* ita variam quoque induit naturam, & placito fratrum originem debet, in dubio tamen magis rerum domanialium naturæ accedit, adeò, ut aucto domanio, augetur etiam pnanagium ad naturam alimentorum; quæ pro bonorum incremento & decremento augeri diminuiq; solet. *l. 3. §. 6. ff. ubi Pupill. educ. l. 5. §. penult. ff. de agnosc. & alend. lib.* quod in proprio tamen & legali non procedit.

IX.

Sic apanagium ratione subjecti est vel reale, vel personale; hoc personam non egreditur, & cum ea interit, *arg. l. 196. de Reg. Jur.* illud transeat ad heredes *d. l.* Hic autem quæstio incidit, num vocabulo heredum tam foeminæ quàm masculi comprehendantur, an verò exclusis feminis soli virilis sexus descendentes? Respondetur, quod in materia apanagij, sicut in jure feudali heredum nomen ad solos masculos referatur, *1. F. 13. §. Etsi. 2. F. 34. c. 2. v. Profecto.* atque ita naturam sapiat feudorum, & hætenus secundum horum leges dijudicetur. *Tiraquell. in tract. de Primog. quest. 23. n. 10.* Unde patet, non nisi de masculis successoribus Apennagium intelligi, & si de foeminis

foeminis quid caveatur, tùm id degenerare in improprium.

X.

Perlustratis hætenus generalibus ad ipsas juris hujus causas properanti, ordine incepto occurrit constituens, cujus impulsiva videtur æquitas & obligatio naturalis: dum enim primogenito jus primogenituræ successionem in regimine in solidum relinquit, ex bonis paternis post genitis filijs alimenta tribuit; unde primogenitos, ut sororibus dotes, *arg. l. 12. §. 1. ff. de admin. & peric. tut. & curat.* ita fratribus apanagium constituere obstrictos esse docet & confirmat *Baldus in l. alimenta. II. C. de negot. gest.* ut ita honestam quoque vitam ducere possint.

XI.

Sequitur efficiens Remota, *Ius* nimirum vel *Lex* Regni aut Principatus, vel *Investitura*, eaq; expressa, ubi expressis verbis id agitur, vel tacita, quæ ijs in locis contingit, ubi jure Francorū investitura fieri solet. Huc pertinet *Vltima voluntas*, si sc. testator heredem instituat sub conditione hac, ut res hereditariæ vel aliquæ, vel omnes ad primogenitum continuâ serie devolvantur, *Bets. d. tr. de Famil. Illustr. c. 7. p. 249. & c. 8. p. 329.* item *pactum Imperiali autoritate confirmatum*, alijsve *contractus & conventiones factæ*, ut res de primogenito ad primogenitum perpetuò transeat; *Consuetudo*, *arg. §. 9. Inst. de I. N. G. & C. Prescriptio*, *arg. l. 16. C. de usufr. Wes. in parat. ad tit. de usucap. n. 10. circa fin. cui tamen minimè assentire videtur Molinaus in consuet. Paris. §. 13. gloss. 3. n. 29.* Propinqua verò est primogenitura ipsa.



XII.

De materia subjectiva seu Personis constituentibus, & quibus apanagium constituatur, jam dispiciendum erit. Possunt verò id constituere, qui sacri domanij, ejusque rerum administratores existunt: sicuti namque Jure Civili qui plenam rei proprietatem habent, usumfructum alijs ordinare possunt, §. 1. *Inst. de usufr.* ita qui sacrum censum possident, alijs secundo-genitis sc. apanagia constituere possunt: nec obest, quod fructuarius usumfructum ordinare nequeat, cum servitutis servitus esse non possit, *l. 1. ff. de usufr. leg.* Panagiator verò domanij fructuarius videatur, unde etiam illud alienare potis non est; Respondetur enim, exceptionē esse in constitutione Panagij: sicuti enim ex causa belli, vel ob imminentem necessitatem, ita & ob alimentorū constitutionē domaniū alienabile ubique ferè habetur.

XIII.

Quibus autem constituitur, sunt Principes postgeniti, seu apanagiati, horumque liberi parentes representantes: quo vocabulo hic loci excellentiori significatu omnes terras ejusmodi beneficiarias possidentes comprehenduntur, unde Regum quoque liberos & Electorum Secularium, Archi-Ducum, Ducum, Landgraviorum &c. complectitur. His enim omnibus, ubi Primogenitura jus viget, sive ex pacto, sive ex cōsuetudine, è sacro patrimonio tanta portio assignanda erit, quanta ipsis pro nataliū splendore & facultatibus Principatus aut Provinciæ, ad vitæ sustentationem honestè suffecerit, & primogenito tantum adhuc supersit, ut Principis vitam agere, & cum honore Principatui præesse possit. *Besold. Thes. præct. sub voce Abgesfundene Herren, Ritterus de Homag. c. 3. n. 55.*

XIII. Fit



XIV.

Fit tamen ex accidenti, Primogenitus quandoque subjectum Apanagij, si nimirum naturâ sit fatuus, mente captus, mutus & surdus: si parens primogenito per testamentum jus primogenituræ auferat, & postgenito tribuat; quod tamen non tam difficultate, quam etiam ratione juris, quandoque destituitur: cum non iudicio Principis, sed legis beneficio primogenitus succedat, sic interdum in regnis potissimum Electivis ordines postgenitum eligunt, quanquam aliquando in hereditariis etiâ fieri amat; Idē est in venditione, cessione postgenito factâ vel renunciatione, videatur Bets. d. t. p. 717. sed & addicatione, delicto, & status mutatione jus primogenituræ ad postgenitum pervenire, ipseque primogenitus apanagiarius fieri solet. Variæ hîc, non minus difficiles, quàm jucundæ afferri possent quæstiones, nisi angustia temporis, quâ ob instans iter premor, brevitati studere me juberet.

XV.

Illud tamen haud prætereundum mihi visum: *An Primogenitus ante acquisitum Regnum vel Principatum natus vel conceptus, præferendus sit secundo genito, qui Patre Principatum jam possidente natus est?* quod primo intuitu negandum videretur per l. 11. C. de Dignitatibus & l. ult. §. viri. C. de Decur. Affirmantium tamen argumenta mihi magis arrident; siquidem illa exinde sequeretur iniquitas, quod, si Princeps præter primogenitum, ante acquisitum Principatum, adeptus eo, nullum amplius procrearet filium, iste excluderetur; motus quoque arg. l. 5. ff. de sent. l. 2. §. 1. ff. de decur. l. 9. §. 14. ff. de pænis. Paul. Christ. vol. 1. decis. Belg. decis. 366. n. 21. 22.



XVI.

Bastardi insuper seu naturales, modò agniti sint, de quo ex educatione, probatione & alijs modis patere potest, apanagio gaudent: quippè cùm & his alimenta debeantur, *c. cum haberet s. extr. de eo, qui duxit in matrimonium. quam polluit adult.* ob eamque rationem admittuntur & Adoptivi. vid. *Surdus de alimentis tit. 1. quest. 2.* De transversalibus licet intricata quibusdam quæstio videatur, ejus tamen affirmativam pro viribus defendendam suscipio.

XVII.

Cùm verò sæpius jam dictum, apanagium deficiente prole masculâ cum domanio consolidari, de fœminis quæri potest, num ergò & ipsæ subjecti hujus latitudine contineantur? ad quam quæstionem, licet eæ, harumque descendentes planè arceantur à *Molinao in Cons. Paris. §. 43. gloss 1. n. 85.* tamen adhibitâ distinctione inter apanagium proprium & improprium, affirmativæ subscribo: Constat enim, quod pro necessitate temporum & utilitate publicâ, fœminæ quoque ad successionem apanagij admittæ, imò consilio & consensu Procerum sive Ordinum mares ex filiabus minorum fratrum descendentes receptæ fuerint: id quod hanc ob causam de filiabus ac sororibus primogeniti minus dubij habebit.

XVIII.

De Nepote primogeniti, quod in successione Regni lege Primogenito seu natu maximo successionem deferente, repræsentet Patrem, semperque Patruo præferatur, eumque excludat, fundamentis perspicuis docet *Rumelin. ad Aur. Bull. C. IV. Dis. 6. §. 4.*

Hottom.

*Hottom. quest. Illustr. 3. Daniel Otto in diss. d. I. P. c. 17.
& quam plurimi ibid. allegati.*

XIX.

Quid autem de Primogenito ex matre plebejana-
to, sentiendum sit, an illum secundo-genitus ex Il-
lustri editus à successionem arceat, eique præferatur?
tradit *D. Springinsfeld. in tract. de suffragiorum majori-
tate part. 1. c. 2. n. 240. & seqq. Rumel. diss. 3. part. 2. in
fine.*

XX.

Sequitur materia objectiva, seu res in apanagium
dari solita, cujusmodi sunt, quæ domanij esse dicun-
tur: ex eo namque panagium constituitur, adeoque
à nonnullis delibatio ejusdem audit: unde etiam pa-
ri jure metiuntur Galli apanagium cum Regiâ coro-
na & terrâ salicâ, ex quâ illud constat: domania-
les autem res sunt, quæ ad usum Regis, i. e. ad anno-
nam & victum cultumque Majest. Reg. consentane-
um, pertinent, Germanis dicuntur *Cammer-Güter/
Menoch. conf. 704. num. 23. & seqq.* Hinc patet, quod
nec Frater ex proprijs, exemplo Vasalli, qui neque ex
suis, neque feudalibus bonis, dominum alere regula-
riter obstrictus; nec status provinciales, *die Land-
stände* / apanagium constituere obligati sint.

XXI.

Quantitas verò fiduciariæ hujus portionis vel lege est
determinata, & tunc res omni scrupulo caret: vel inde-
terminata, quo casu Primogeniti arbitrio relictum cre-
ditur, ita tamen ne planè liberum, sed ita com-
paratum & regulatum esse debet, ut in assignandâ
portione, postgenitorum dignitas & æstimatio con-
servari

servari possit: adeoque nec nimis ampla esse debet, quo scil. ipsi contineri possint in amore, officio atque obsequio erga Panagiatorem; nec etiam nimis tenuis, sed sufficiens, ex æquo & bono pro filiorum numero, facultatibus regni atque temporum ratione æstimanda, ut jam dictum.

XXII.

Illud tamen posteriori hoc casu Prudentes diligenter cavere solent, ne portus aut limitanea munimenta, quæ instar clavium Regni obtinent, in panagiarj potestatem perveniant. Unde si olim provincia forsan aliqua Fratri minori loco Apanagij assignanda sit, cautionis est, ut Panagiator in ea locum quendam sibi securitatis ergò reservet, ubi iudicium suo nomine instituat, ad cognitionem causarum Regalium, quas refert & explicat *supr. alleg. Bets. d. tr. c. 8. p. 336*. Pro regula autem notari potest, quod sub Regiâ fundorum fiduciâ generali, non veniant jura Principis augustiora seu regaliorum, quæ peculiari quâdam ratione ac privilegio sunt diademati nuncupata. *l. omnes fundi 8. C. de Fund. Patrim.*

XXIII.

Licet autem apanagia, ut plurimum quidem in pecunia seu redditibus annuis interdum etiam in Provincijs, Præfecturis & Dynastijs pro quantitate Regni, Principatus & Provinciarum, earundemque reddituum & facultatum constitui soleant, id tamen probè attenditur, ut moderata sint juxta ea, quæ Thesi 21. diximus. Alimonia namque congruam & condignam sustentationem, quæ personæ sustentandæ, ejusque Familiæ sufficit, notat, ut pluribus explicat *Pruckman. conf. 35. n. 29. & mult. seqq. vol. 1.*

XXIV.

XXIV.

Verum ut in summam ea, quæ hæcenus dicta sunt, contrahamus, sciendum, quòd constituto Panagio, beneficiario ejusmodi possessori omnis fructus rei competat, quicumque annuus sit proventus, quæcunque panagiariæ terræ obventiones, pensitationes censuales, nemora, stagna, flumina. Quæcunq; enim fructuarius percipiendo acquirit, ea quoque panagiarius acquirere poterit: cum jus hujus multò sit pinguius: quousque autem fructuum appellatio se extendat, & quid eo nomine veniat, colligi potest ex l. 7. & tot. tit. ff. de usufr. l. 7. in pr. §. 13. ff. sol. matrim. l. 38. ff. de usufr. leg. conf. supr. laud. Magnif. D. Rehb. in Hod. p. 229.

XXV.

Ubi hæc discutienda obvenit quæstio, quid scilicet juris sit, crimine aliquo ante apanagij constitutionem commisso, num stante jam panagio, secutâ bonorum confiscatione, bona illa novo huic possessori quærantur? Id quod negandum videtur, quia tali casu utiq; tempus delicti, non rei judicatæ inspiciendum est, unde istâ bonorum obventionem fiduciarium hunc possessorem excludi assero, arg. l. 1. ff. de pænis. Reus namque ex die criminis in pœnam consentire videtur, hinc ex eo etiam propter consensum tacitum obligatur: obligationis verò tempus inspiciendum venit, præsertim ubi de jure acquirendo sermo est, l. 78. ff. de V. O.

XXVI.

Quod porrò postgeniti in assignandâ quantitate apanagij, provocationem ad quantitatem legitimæ non habeant, sed alimentis cogantur esse contenti, vel inde constat, quod ubi vigeat jus primogenituræ ibi legitimæ non sit locus, docente Ludolph. Scrad. de feud.

feud. part. 8. c. 2. num. 45. alimentis hoc casu ejusdem
subintrantibus vicem. videatur *Alciar. 1. prof. 8. in fin.*
Menoch. cons. 627. n. 12.

XXVII.

Formam Apanagij provisionem esse arbitror, cum
enim singulari quodam jure apanagium ex sacro in-
alienabili domanio, per modum provisionis detra-
hatur, nequaquam autem divisionis, & pari ferè cum
eodem jure ambulet, non minus hereditatis pars &
certa debitæ partis proprietates appellatur, quam res
certæ legati aut hereditatis titulo relictae, hereditatis
partes esse intelliguntur. *arg. §. 9. Inst. de fideicommiss.*
hered. l. 14. si quis omisus caus. test. Provisio autem &
providere hic loci idè quod aliàs prospicere notat, quo
significatu usurpatur in illo Cicerò, ibi satis jam omni-
bus, quæ necessaria erant, provisum putabant.

XXVIII.

Devenimus ad finem, quem splendoris tutionem
regiminis salutem, ac dignitatis familiae conservati-
onem ratione panagiantis dicimus, cum omninò hoc
jus ad conservandum Familiarum Regiarum & Du-
calium, aliarumque illustri titulo eminentium splen-
dorem potentiamque earum & salutem muniendam
& augendam, quam maximè intendat atque condu-
cat, optimâ utique ratione illud introductum esse,
quam plurimis videtur, ne scil. Regna, Principatus,
atque Patrimonia, assiduis divisionibus minuantur,
& tandem destruantur, sed potius per unionem con-
serventur & augeantur. Familias enim Illustres per
nimias divisiones dispersas & multiplicatas vilescere,
& præter nomen dignitatis nil retinere constat, cum
nihil tam magnum sit, quod frequentiori divisione
parvum

parvum non fiat, *Gaili 2. obs. 153. n. 3. Reink. in Tract. de
R. S. & Eccl. lib. 1. class. 4. c. 17. n. 10. Rümel. ad A. B. dis-
serv. 5. pars. 3. §. 2.*

XXIX.

Ratione autem ipsius panagiarij hoc quoq; rece-
ptum est, ne illustri sati stemmate egere, vel vitam mi-
serabilem & calamitosam degere, subditisque tandem
pares fieri cogantur, nec alimentorum subtractione
ad excitandas factiones stimulentur. Cum enim præ-
cipua Regnorum salus in eo consistit, ut bella & diffi-
dia intestina præcaveantur, & quemadmodum quies
Reipublicæ & exoptata tranquillitas difficulter in plu-
res divisâ æquali potentiâ in uno Regno obtineri po-
test; ita non minus dubius Reipubl. status, si secundo-
geniti nimis durè habeantur. Quare & ipsis tantû assi-
gnandû, quantû pro ratione familiarum & facultatum
absq; detrimento fieri poterit, ut *d. th. 21. dictû. In magnis
animis regnandi cupiditatē facilè, præsertim ex inju-
stitiæ vel superioris intolerantiâ nasci manifestû est, Bees.
d. tr. c. 8. p. 333.*

XXX.

Panagio ita, ut hætenus dictum, constituto, pro-
ximum est, de ejusdem videre effectibus, qui non in-
commodè ad duo capita referri possunt, juris scilicet &
actionum. Jus iterum est aliud panagiantis, nimirum
ut rei illius beneficiariæ sub lege reversionis concessæ
proprietas, ipsi reservata sit, ita ut deficiente virili pro-
sapiâ ad domanium redeat, quemadmodum ususfru-
ctus finito eo redit ad proprietatem, §. *penult. & ult.
Inst. de usufr. tot. tit. quib. mod. usufr. fin.* respectu verò
ipsius beneficiarij seu panagiarij pro naturæ & consti-
tutionis panagij diversitate varium illud est; unde et-
iam panagiario jurejurando ad officium & obsequia
quando.



quandoq; obstringuntur , ut apanagiatori suo reverentiam præstent, ejusq; personam semper sanctam & honestam habeant, *arg. l. 9. ff. de obseq. parent. & patron. prest. l. 10. §. ult. ff. de in jus vocand.* prout & Vassallus ad eadem suo Domino idem exhibenda obligatus dicitur, *arg. c. dominus. de milit. vassall. 2. f. 22.*

XXXI.

Restat, ut de Jure apanagiaro ratione rei beneficiariæ cōpetente agam⁹, quod vel est possessio, quæ à Domino in eum transfertur : non quidem civilis, nec enim animo Domini possidere potest, qui semper rem scit esse alienam; §. 4. *Inst. per quas pers. cuiq; acq.* sed naturalis. Detinet n. eã ad usum juris, quod habet in re constitutum : 2. Dominium seu jus dominio proximum Doctoribus utile dictum, directo apud apanagiantem remanente, *Bers. d. 17. p. 333.* 3. Jus percipiendi fructus; dato namq; apanagio omnis rei fructus competit fiduciario, quo nomine quid veniat, *supr. th. 24. indicatū, add. l. 7. §. 1. ff. de usufr. l. 38. l. 42. ff. de usufr. leg.*

XXXII.

Eadem in causa quoq; habetur commodum omne adventitium ditionis fiduciariæ sive latens fuerit alluvione datum, sive à solo separatum, ut insula in flumine nata; id enim omne apanagium auget. *arg. c. 1. §. pen. si de invest. feud. 1. f. 4.*

XXXIII.

Eleganter hîc quæritur, quid de bonis ex crimine fisco vindicatis putandum sit, num in mero censeantur fructu nec ne? de fructu quidem ejusmodi bonorum, quod ad apanagiarium spectat, res expedita est; at de fundi confiscati dominio intricatior: verùm cum agrî dotalis incrementum sit dotale, & soluto matrimonio

monio

monio cum dote restituendum, l. 10. §. 1. ff. de jure dot.
l. 16. ff. de pignor. l. 19. C. de don. ant. nupt. & additamen-
tum corporis idem judicatur cum eo, cui adnectitur,
l. 3. §. 2. ff. de aq. quot. & ast. multò magis in rei domini-
cæ parte ista utiq; locanda videbitur accessio ob scelus
orta, quæ addicta est prædio, non personæ apanagiariæ.

XXXIV.

De inventione thesauri breviter dicendum, quòd
in fundo apanagiario inventus, regulariter quemad-
modum in oppignorato, l. 63. in fin. de A. R. D. dotali. l. 7.
§. 12. sol. matr. atq; emphyteuticario fundo, (quamvis
nonnulli Emphyteutæ totum thesaurum tribuant, per-
peram moti, arg. l. 10. ff. de R. I. & l. 1. C. de jure Emphyt.)
ita & hîc pro parte dimidia proprietarij, & pro parte
fructuarij sit; nec enim in fructum computatur, arg.
d. l. 7. §. 12. solut. matrim. §. 39. Inst. de R. D. Contra apa-
nagium & apanagij fundos Fiduciario licet pignori da-
re, cum hoc fructus rei sit, l. 72. ff. de R. I. Fructuarius e-
nim & Emphyteuta non prohibentur, suum in prædio
qualecunq; jus alteri pactionibus & alijs modis tran-
scribere, l. 71. §. ult. ff. de leg. 1. ita tamē, ut resoluta jure dā-
tis resolvatur quoq; jus accipiētis, l. 8. §. ult. ff. de peric. &
comm. rei vend. l. 6. C. de locat. 1. F. 13. idq; tantò magis, si
cubi necessitas urget, vel ex causa dotis aut donationis
propter nuptias, vel etiam ad redimendum bello captū
Ducem, aliamve justam causam, ob quam licitè etiam
distrahuntur, nedū pignorantur fideicommissa aliaq;
bona restitutioni obnoxia, l. 22. §. 4. ff. ad SC. Treb. Cau-
tius tamen agi credam, si venale desuper imploratur
diploma, arg. C. Imperialem. §. praterea. 2. F. 55. siquidem
prohibitâ alienatione, vetita quoq; pariter hypothecæ
suppositio, l. ult. C. de reb. alien.

XXXVI.

Sicut autem prædictâ ratione juris apanagiariorum competunt, ita & Apanagiator ipsi quoad terram & redditus clientelares, tum judiciali defensione, tum etiâ bellicâ auxilio esse debet, *arg. c. negotium. 2. F. 25.* Suâ namq; interest, ne apanagium in alienas manus deveniat: & licet finito eodem ad coronæ bona & sacrum censum redeat, ita ut vindicari ab invitis possit, melius tamen est, occurrere in tempore, quàm post exitum vindicare, *l. 1. C. quando liceat unicuiq; sine iudice, &c.*

XXXVII.

Cum tamen nonnunquam de apanagio in ipso iudicio disceptandum veniat, de juris quoq; remedijs constare debet, quæ ratione apanagij Domino vel Beneficiario competunt: utriq; enim & petitoria & possessoria paratæ sunt actiones. Et Domino primum rei vindicatio directa datur adversus quæcunq; possessorem propter dominium superius quod retinet, *arg. §. 1. Inst. de act. l. 25. pr. ff. de O. & A. c. Obertus. 2. F. 23.* quod de eo casu exaudiendum est, quo apanagiariorum agere non vult, aut non potest: deinde condictio causa data causa non sequuta, quæ ad revocandum quandoq; apanagium, si beneficiarius ex suâ parte præstanda non præstet, dabitur, *arg. c. sancimus. 1. F. 21.* vel si ingratus existat, condictio ingrati, *arg. l. ult. C. de revoc. donat.* item actio ex stipulatu, si stipulatio intervenerit, & alia quoq; ex eo nimirum contractuum genere, quo apanagium forte constitutum est, *arg. l. 3. pr. l. 27. ff. de usufr.* Sic aliquando Condictio ex moribus seu lege eidem dabitur, quoties alia nulla actio competit, *arg. l. un. ff. de condict. ex leg.* Interdicta quoq; dantur adversus quemcunq; turbatorem & spoliatorem civilis possessionis, vel etiam apanagiariorum naturalis, quando scilicet turbato aut dejecto agendi

agendi voluntas aut facultas non est, ne ullâ ratione domino noceat, vel impotentia vel negligentia vel etiam malitia possidentis, *arg. l. ult. ibi ne ex aliena negligentia alienum damnum emergat. C. de acquir. & retin. poss.*

XXXVIII.

Apanagiaro verò pro constitutionis varietate competit, vel actio ex testamento, *arg. l. 1. §. 2. l. 2. si usufr. per. l. 46. §. fin. de usufr. vel ex stipulatu, l. 16. pr. C. d. r. vel ex alijs causis, ex quibus apanagium constituitur; ita eidem dabitur utilis quoq; reivindicatio, *arg. C. cum de re. §. rei autem. 2. f. 8.* quâ & ipsum Dominum convenire poterit, *arg. l. 1. ff. si ag. uect.* ita & actio confessoria utilis ad asserenda & vindicanda jura incorporalia, die *Verrechtigkeit* & negatoria utilis ad illa neganda proderit, *l. 5. §. 2. si usufr. petat.* Interdictis quoq; apanagiarium experiri posse expeditum est, tam contra dominum, (quia etiam jure civili aliquis dominium rei suæ, quam alteri per vim eripit, amittit. *§. 1. Inst. de vi bonor. rapr. l. 13. ff. quod met. caus.* adeoq; cum ad dominij privationem tali casu agi poterit, multò magis interdictum hoc dabitur) quàm contra extraneos alios. Quæcunq; enim actiones ei adversus dominum competunt, eæ quoque adversus extraneos dabuntur.*

XXXIX.

Patet verò ex hætenus dictis, quod Jus Apanagij cum alijs juris nostri speciebus magnam habeat affinitatem, de uno atque altero paucis tantum dispiendum erit. Usufructui admodum consimile hoc esse ex supra dictis constat; à quo tamen etiam differt, quod & domanium, cujus delibatio apanagium, usufructus dicatur; cum tamen aliàs usufructus non possit esse usufructus, quemadmodum nec accidentis potest

potest esse accidens. Ita ratione incrementi procedit altera differentia; Usufructui enim adjicitur occultum latensq; incrementum, non autem patens *l. 9. §. 4. ff. de usufr.* Apanagium auget utrumq; *arg. c. 1. §. penult. 1. F. 4.* Est enim deterior usufructus conditio, utpotè qui cum fructuarij vitâ perimatur & extinguatur, *§. penult. Inst. de V. usufr.*

X L.

Affinitas porrò quædam intercedit inter hoc, & legitimam portionem ab intestato debitam, inter feudum, fideicommissum, doarium, seu dotalitium, quæ tamen omnia explicatiùs prosequi ratio temporis atque instituti prohibet; aliàs de contrariis quoque, quibus Apanagium finiatur vel amittatur, de Conventiones scil. & pacto de non petendo, renunciatione, divisione, morte & interitu virilis prosapiæ clientelaris differendum fuisset; quæ tamen per indicem tantùm tetigisse hac vice sufficiat. DEO T. O. M. in cujus nomine incepti, & finio, pro concessis viribus humillimas gratias ago, Eumque ut porrò meis propositis benedicere, atque instans iter secundare velit, pectore devoto veneror atque imploro.

Duc me nec sine me sine Te,
 DEUS Optime Duci,
 Nam duce me pereo,
 Te Duce salvus ero.

F I N I S.





Strassberg, Diss., 1670

X2677027

VDT7







N. F. C.
INAUGURALIS

12 31

1670, 10.


RE
AGII,

PT. MAX.
nte

CTORITATE
OBILISSIMI,
CONSULTORUM
RRIMA ARGEN.
NIVERSITATE

ENTIA
ure HONORES
itè capeffendi,
riter submittit
OFMEISTER

Saxo.
i. h. lq. consuet.



RATI,

WELPERI.
C. LXX.

Le Gottfried Bofez.

